



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

41 Contemplationi rerum Reip. vtilium interdum vacare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

variare. Seneca 4. de Benef. c. 38. ait: *Non est turpe cum remutare consilium.* & epist. 72. *Consiliare bis oportet.* Lucian. in Asin. inquit: *πάλιν ἀπομύσει μάλλον ἢ δραμῆτι κακῶς*: melius recurrere è medio cursu, quàm malè currere. Leonidas, teste Plut. cuidam obijcienti quòd facilè mutaretur: *Mator*, inquit, *sed pro temporum ratione non ut vos proprio morbo.* S. August. inquit: epist. 214. Turpe est mutare sententiam, sed veram, & redam: nam & stultam, & noxiam, & laudabile & salubre est. Sicut autem constantia non finit hominem deprauari, sic pernicacia non finit corrigi: proinde sicut illa laudanda, sic ista est emendanda.

SIGNVM XLI.

CONTEMPLATIONI RERVM

Reip. vtilium interdum vacare.

Contemplari res Reip. vtilis.

1. **H**o nerus Agamemnonem Regem passim à vigilantia & nocturnis cogitationibus toti exercitui profuturis commendat, scribitq; eidè somnia diuinitus immitti, ut innuat, ne in somnis quidem boni Principis animù quietum esse posse, quin de ijs, quæ ad salutem Reip. pertinent, consultet. *Vide Iliad. K.*

2. **P**ericles Atheniensis (qui Remp. 40. annis gubernauit) conuictum & conuersationem hominù fugit, ut salubriores Reip. cogitationes aleret, quas alioqui importuna populi conuersatione plurimum corrumpi sentiebat. *Plut.*

3. **Philostratus** Megalopolitanus Achzorum Prætor, cum solus iter faceret, aut deambulare, occur-

Preparabat
se ad sub
ditos armo-
rum casus.

occurrentium locorum situm contemplabatur
femetipsum explorans: Quid si ductanti ex-
tum fiat ibi tibi hostis obuius? aut à lateribus re-
te, vel ex insidijs confurgat? qua signa acien-
struas? Continendus miles, an illi cò signa inter-
da? & si tenendus, quomodo prasidiarios locos
subsidiaria disponas? Fecit eiusmodi meditatio,
prazstantissimis Græcia Ducibus sic demum ex-
bratus. *sab. l. b. 2. c. 9. & l. b. 6. c. 5. ex Plut.*

4. P. Scipio Africanus antelucanis horis in
pitolium ascendens, in Templo Iouis prius
templabundus sedebat, quàm in Senatum deli-
deret, vt ea, quæ Reip. salutaria essent, in
& Patribus proponere posset. Gell. ait, et
Higino & C. Oppio, eum solitum fuisse nocte
tremo, priusquam dilucularer, in Capitolium
titare, ac iubere aperiri cellam Iouis, atq; ibi
diu demorari, quasi consultantem de Rep. con-
ue; adituosq; eius templi sepe esse demiratos,
solum id temporis in Capitolium ingredientes
nes, semper in alios fauientes, neq; latrarent,
neq; incurrerent. Idem dicere solebat: Nunc
se minus otiosum esse, quàm cum otiosus; nec
solum, quàm cum solus esset. Magnifici a vero
ro, in Prae. & magno viro ac sapiente digna, qua de
fa. lib. 3. de illum & in otio de negotijs cogitare, & in solitu-
offic. ne secum loqui solitum, vt neque cessaret vniuersi
& interdum colloquio alterius non egeret. Hoc
xit Socrates: *ἐξ ὕπνου διαλέγεσθαι*, hoc est, Solu-
isthai, consultare, deliberare, consilium
pere.

5. Carolus Magnus, cum se de nocte in lecto
poneret, solitus erat ad caput (cervical) sum-
pennam & encaustum cum pergamento reponere

re, vt si in strato (lectulo) aliquid vitæ occurreret (cogitanti incidere) signare posset, ne è memoria laboretur. Habebat etiam ponè lectum (vicinum lecto) parietem cera illitum, & stylum, vt si quid in tenebris occurrisset, consignaret, (ei inscriberet.) Eginardus, & Henr. Lyphordienfis. *ἡ χάρις ἐστὶν materia inusta ad pingendum epita, à χαίτε, VTO.*

6. *Carolus V. Imp.* antequam quicquam aggrediretur, diu multumq; prius deliberabat, in publicum non prodibat, neminem ad se intromittebat. Quo ipso effecit, vt non prius eius consilia deprehenderentur, quam in opus deducta essent.

SIGNVM XLII.

IN SVBDITOS NIHIL CONTVMELIOSÈ DICERE, aut facere: imò omnem ab illis iniuriam propulsare.

Contumeliosum in subditos non esse.

Ingenuis nihil acerbius accidere potest contumelia, imò impatientes omnes sumus contumeliaz, non inisique fama tenera est, quæ nec angari, nec tangi debet. Si verò pestiferum quis malignos dentem aculeumque senserit, continuo iracundia ardet, celerique motu ad appetendam vindictam rapitur.

1. *Philippus Rex Maced.* à Pausania satellite occisus est, quòd iniuriam ab Attalo eidem Pausania illatam non vindicauit.

2. *Carolus VI. Franste Rex* vnum è ducibus suis